GEORGIUS MEICHSNERUS
Per Anagram.
SUGGERIS HEIC NUMEROS.

Artium ARITHMETICE nec prima nec ima docenda eſt.
Conſtat enim in numeris res numerata ſuis.
SUGGERIS HEIC NUMEROS ductu, Meichsnere, Minervæ;
Incrementa dedit, dat, dabit alma Trias.
Quàm lætor tantum fructrà non eſſe laborem!
Tu teſte es Momo magnus Arithmeticus.

M. Joannes Hartmannus Poeta Cæſareus, & Symmyſta Rotenburgo-Tuberanus

---

Sint alij in mundo, qui ſemper grandia jactent
Nomina, & abſumtis intumeant titulis.
Amplis grande Sophos buccis alius crepet, & ſe
Magnifico inſculpat lemmate marmoribus.
Diſcipulos numeros ſatis eſt docuiſse per ævum,
Neſcio quid majus ſolvidet hoc numero.

In gratiam auctoris ſcripſit.

Elias Ehinger. Primarius ad D. Annæ August.

De Ortu & progreſſu Arithmeticæ.

PRincipium Natura dedit: Cunabula Tharæ
Filius: artis opus Pythagoræus apex.
Cultum Phœnices: methodum ſolertia Rami:
Meichsnerus lucem: Tu bone LECTOR ama.

Αὐτοσχέδιον

M. Johannis Seybothij P. L. & Scholæ Patriæ Rectoris.

Eſt

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG